Vires torpent· conatus omnis infringitur· obuiam procurrere cupio
non possum· solita tela torquere conor non ualeo· Non sine causa est·
quod sine congressione afficio· quod solo uincor aspectu· Quis tamen iste
sit curru iam ppinquante cognosco· Ipse eum fulgor· qui celabat osten
dit· heliam uideo· helias est iste· Agnosco fortissimum bellatorem·
sed de me fateor saepe uictorem· Quotiens ego illi & quam fortiter
congressus in bellum· quotiens in eum milites quoq; meos iratus ar
maui· quotiens armis pressi populi fugaui fame· siti· solitudine
fatigaui· uincere tamen non potui· Quin immo acrior redit ad
pugnam· & ineptus inermesq; legiones meas· crudeli strage
deiecit· O regis mei misera· ac semp deflenda condicio· O uirtus
ipsa suis saeuitiis frequenter expugnans· prodolor hostes meos·
Ipsa quae dedero uulnera faciunt saepe uictores· Quod si meum uin
cere p dere est· non tibi satis est· heliam totiens in terris regem fa
mosum uicisse? Numquid & haec regna metterum expugnaturus
inuadis? me tterum petis? me terribilis ac metuendus inquiris?
tibi cedens· tueq; robor uirtutis effugiens· Ad hanc aeris arcem
tamquam aduitissimum praesidium· ubi nullus umquam mortalis
accessit conualui· Nec haec mihi uintuta sed est· nec hic lic& iam sine
timore consistere· Quod si quod credere magis lib&· quia hactenus
ad caelum summum regem uisurus ascendis non inuideo· nec tibi iam
totiens uictus obsisto· felix de me· ppetuo triumphaturus in
regno· Nunc iam dilectissimi currus equorumq; igneorum· ut
superius proposuimus· rationem breuiter exponamus· Scriptum
dedo est· qui facit angelos suos spr· & ministros suos igne urentem·

D

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0068